



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

Quod nonnunquam falso ad utilitatem audientium utendum est. Cap. xxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

lite confidere in principibus, in filijs hominum, quibus non est salus. Exhibit spiritus & abibit in terram suam, in illa die perdentur omnes cogitationes eius.

Quod nonnunquam falso ad utilitatem audientium
utendum est. CAPVT XXI.

Non autem inquit Plato alienum a gravitate sua legislator putabit falso aliquid ac fere incepit ad utilitatem iuuenum dicere, maxime si quod falso dicitur audientes ita trahat, ut non ui, sed sponte iustitia uelint suscipere, solidum enim bonum ueritas, sed non ita facile plerumque persuadet. Innumerabilia huiusmodi uerba sunt in scriptura, utputa, quando poenitere deum, aut dormire, aut irasci, aut alijs perturbationibus ferri scribitur, quae quamvis altius interpretata non procul a ueritate sint, uerba tamen ipsa uel terendo, uel permulcendo non nihil prosint illis, qui altiore uestigare sensum nequeunt.

Quod omne genus hominum ad ueritatem uacandum
est. CAPVT. XXII.

Recete in superioribus Plato inquit uiros & mulieres, liberos & seruos, iuuenes & senes, sic disciplinam ciuilem dicatum est, amplecti oportere, ut nunquam cessent uarijs modis atque carminibus, que diximus decatare. Et in quinto de republica. Nihil inquit o. Theodore ad gerendam rem publicam pertinet, quod ad mulierem, quia mulier non pertineat, aut ad uirum pertineat, quia uir. Sed cum una natura utriuscque animalis sit, quae ad uirum natura, haec ad mulierem etiam natura pertinet. Est autem in omnibus imbecillior uiro mulier. Vtrum igitur uiris omnium, mulieribus uero nihil concedemus? non recte inquam. Recete inquit dicens, nam mulier alia medica esse potest, alia musica, alia ad utrumque incepta natura. Similiter aliabellicosa, alia non, Alia philosophus, & alia non. Alia magni animi, & alia pusillanimis, & alia ad custodiendam ciuitatem nata, alia non, sicuti & uir. Eadem enim est utriuscque natura, praeterquam quod altera imbecillis, & altera robusta, quare similes natura mulieres ad cohabitandum, simulque rem publicam gerendum uiris dandae sunt. Decet enim ut natura similes potius quam dissimiles conueniant; Haec re ipsa apud

Iudeos